zwischen seinen Eltern. Die Zahl der Klappennerven neigt so ziemlich gleich nach den dreien des *El. arenarius*, wie nach den 9—11 des *Tr. junceum*. Auch spricht die noch viel derbere Beschaffenheit der Blüthentheile, die *Tr. junceum* vor *acutum* besitzt, hiefür. Ausserdem aber findet sich bei *Tr. junceum* noch die Eigenthümlichkeit, welche bei *Tr. strictum* sich wiederholt. Es kommen nämlich bei ersterem an einzelnen Individuen verschiedene Aehrchen vor, welche unter den Kelchspelzen zwei kleine schuppenartige Blättchen besitzen, die vielleicht als eigentliche Bracteen aufzufassen sind, und von denen nicht selten das eine auf Kosten des andern mehr ausgebildet ist. Diess zeigt *Tr. strictum* ebenfalls, jedoch mit dem Unterschiede, dass es bei ihm häufiger und gemeiniglich derartig ist, dass während sich ein Blättchen sehr stark entwickelt hat, das andere fehlt oder nur rudimentär vorhanden ist. Das einzige Hinderniss für die Annahme, dass *Tr. strictum* von *Tr. junceum* herstammt, scheint demnach der Bau der Spelzen im Allgemeinen abzugeben. Diese sind bei letzterem sehr stumpf, fast abgebissen, bei ersterem lang zugespitzt, gleich denen des *El. arenarius*. Obgleich die meisten davon sogar ziemlich stachelspitz erscheinen, so findet man doch hie und da bei aufmerksamer Untersuchung Spelzen, welche mehr stumpf sind und obschon immerhin nach der Spitze verschmälert, dennoch sich als Verwandte deren des *Tr. junceum* zeigen. Oftmals würde diese Eigenthümlichkeit noch schärfer hervortreten, wenn nicht die Spelzen ihrer Rigidität halber an der Spitze gespalten wären, wodurch dann allerdings scharfe Stachelspitzen entstehen.

Diesem allen gemäss bin ich der Ansicht, dass man mit gutem Recht das *Tr. strictum* Deth. für einen Bastard von *El. arenarius* und *Tr. junceum* ansprechen darf. Und da ich es für angemessen halte, zur Bezeichnung die treffendsten Namen zu wählen, so scheint es mir zweckmässig, den Namen *Tr. strictum* mit *Tr. Elymogenes* zu vertauschen. Es wird damit zugleich die Natur der Pflanze angedeutet und ferneren Verwechslungen, zu denen jetzt Gelegenheit genug vorhanden ist, vorgebeugt.

Adhuc circa Stereocaula quaedam. Scripsit W. Nylander.

Novae irae novaeque lamentationes cli. Fries in Flora 1858, p. 515—518, nonnisi post moram longam ad me pervenere. Impudentiis, quae „in adversariis“ ejus leguntur, non occupor, veritati autem et dignitati scientiae adhuc observationes quaedam debeo de

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05972-0217-4

zwischen seinen Eltern. Die Zahl der Klappennerven neigt so ziemlich gleich nach den dreien des *El. arenarius*, wie nach den 9—11 des *Tr. junceum*. Auch spricht die noch viel derbere Beschaffenheit der Blüthentheile, die *Tr. junceum* vor *acutum* besitzt, hiefür. Ausserdem aber findet sich bei *Tr. junceum* noch die Eigenthümlichkeit, welche bei *Tr. strictum* sich wiederholt. Es kommen nämlich bei ersterem an einzelnen Individuen verschiedene Aehrchen vor, welche unter den Kelchspelzen zwei kleine schuppenartige Blättchen besitzen, die vielleicht als eigentliche Bracteen aufzufassen sind, und von denen nicht selten das eine auf Kosten des andern mehr ausgebildet ist. Diess zeigt *Tr. strictum* ebenfalls, jedoch mit dem Unterschiede, dass es bei ihm häufiger und gemeiniglich derartig ist, dass während sich ein Blättchen sehr stark entwickelt hat, das andere fehlt oder nur rudimentär vorhanden ist. Das einzige Hinderniss für die Annahme, dass *Tr. strictum* von *Tr. junceum* herstammt, scheint demnach der Bau der Spelzen im Allgemeinen abzugeben. Diese sind bei letzterem sehr stumpf, fast abgebissen, bei ersterem lang zugespitzt, gleich denen des *El. arenarius*. Obgleich die meisten davon sogar ziemlich stachelspitz erscheinen, so findet man doch hie und da bei aufmerksamer Untersuchung Spelzen, welche mehr stumpf sind und obschon immerhin nach der Spitze verschmälert, dennoch sich als Verwandte deren des *Tr. junceum* zeigen. Oftmals würde diese Eigenthümlichkeit noch schärfer hervortreten, wenn nicht die Spelzen ihrer Rigidität halber an der Spitze gespalten wären, wodurch dann allerdings scharfe Stachelspitzen entstehen.

Diesem allen gemäss bin ich der Ansicht, dass man mit gutem Recht das *Tr. strictum* Deth. für einen Bastard von *El. arenarius* und *Tr. junceum* ansprechen darf. Und da ich es für angemessen halte, zur Bezeichnung die treffendsten Namen zu wählen, so scheint es mir zweckmässig, den Namen *Tr. strictum* mit *Tr. Elymogenes* zu vertauschen. Es wird damit zugleich die Natur der Pflanze angedeutet und ferneren Verwechslungen, zu denen jetzt Gelegenheit genug vorhanden ist, vorgebeugt.

Adhuc circa Stereocaula quaedam. Scripsit W. Nylander.

Novae irae novaeque lamentationes cli. Fries in Flora 1858, p. 515—518, nonnisi post moram longam ad me pervenere. Impudentiis, quae „in adversariis“ ejus leguntur, non occupor, veritati autem et dignitati scientiae adhuc observationes quaedam debeo de

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05972-0217-4

Stereocaulis et monographia eorum. Verbis paucissimis eas contineam.

Si haud raro errores maxime singulares et nocivos apud auctores lichenographicos indicavi, cuique sana mente praedito patet, hoc non factum esse cupiditate vituperandi, sicut, pro modulo virium, proclamare tentat magister Upsaliensis, sed studio solo veritatis. Hoc (errores corrigere) insuper idem „non honestum" declarat. Doctrina talis vero ad nihil aliud spectat quam ad tyrannidem auctoritatis arbitrariae caecaeque — in scientia; mira tamen non est ex ore adsectatoris scholae, quae vult ut statui hodierno botanices depravato, ut dicitur, nulla sit salus nisi in instituenda inter botanistas *aristocratia*, cujus duce solum (verisimiliter) rebus scientiae occupari fas sit (vide Bot. Notis 1857, p. 197). Salutem ejusmodi parum curans, olim scripsi: „animadversionibus aliorum ad observationes iteratas, attentiores, accuratiores instigantur auctores, quod utilius videtur, quam ut hi invicem laudes suas recantent perennes." Decenter simul et aequo animo animadversiones faciendas monui, nihilque stupidius quam res personales ambitiosasque scientiae immiscere atque sententias mere subjectivas pro axiomatibus indubiis enuntiare. Merita Monographiae, de qua agitur, agnovi, at errores ibi obvenientes indicare utile duxi.

In observationibus de *Stereocaulis* (in Flora 1858. p. 115.) praedixi, recensionem meam haud parum Domino Fries utilem fuisse utpote eum de rebus variis in editione nova monographiae suae evitandis monentem. Nec neglexit eas in usum suum vertere. Ita jam in nova editione (p. 11) non nescit, thallum (podetia) *Stereocaulorum* cum structura quae in *Usneis* observatur esse comparandum. Ita quoque verba „solutione jodi asci brunneo tingebantur colore" mutat (p. 13) in: „contentu ascorum solutione jodi brunneum obtinente colorem". Nec amplius de „gonidiis ejectis" loquitur auctor in editione nova, nec de rebus quibusdam aliis. At hinc irae novae ut voce alta credere faciat, se semper recte sensisse.

Quod attinet ad distributionem geographicam *Stereocaulorum* nihil D. Fries probavit aliud quam se maxime errasse centrum eorum ponens in regionibus mere tropicis. Praeter quod his verbis necessario intelliguntur regiones aequinoctiales calidae, ubi vix adest *Stereocauli* una alterave species in montibus vulcanicis inferioribus, etiam in montibus editissimis inter tropicos vix nisi in America quaedam leguntur species sparsae. Nec magis insignes sunt eaedem quam quae in terris septentrionalibus occurrunt et quae ibi copia summa individuorum praecellunt. *St. ramulosum* maxime in terris australibus

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05972-0218-0

extra tropicos viget. In summo septentrione speciebus omnium vegetabilium sensim evanescentibus, haud mirum etiam *Stereocaula* ibi terminum suum invenire et pauca adesse (cf. Nyl. syn. Lich. p. 70). Numeri igitur a cl. Fries allati fallaces sunt, nec ullo modo mutant quae jam de hac distributione geographica non theoria ulla, sed certis observationibus suffultus dixi. Abundantius et vegetius occurrunt *Stereocaula* in regionibus frigidis (quales Scandinavia et America septentrionalis in parte magis boreali), rara evadunt in temperatis et evanescunt in calidis.

Argopsin apothecia lecanorina habere et nihilominus ad *Stereocaulcos* pertinere, quibuscum structura universali illa optime congruit, haud magis est singulare, quam ut genus *Stereocaulon* speciem offerat (*St. lecanoreum*) apotheciis similibus. Analogiis superficialibus exiguam habeo fidem, nec opus fuit disquisitionibus admodum profundis, ut perspectum sit *Rhizomorphas* nihil commune habere cum *Fucoideis*.

Quid „torquens" aliquis invenire possit in verbis meis de „membrana interiore" thecarum? Dixi solum, me talem membranam numquam vidisse, et tamen dissectione lichenum haud parum satque diu attentus fuerim.

Cl. Koerber allatus est ut auctoritas quoque in mensurandis sporis. De facultate ejus micrometrica nihil cognovi nisi eum hoc respectu praesertim fideliter sequi cl. Massalongo. Cf. Nyl. in Fl. 1856, p. 578.

De figura data sporae „*Stereocauli implexi*" (in Bot. Notis. 1857, p. 178) denuo observo, eam nihil exprimere veri et characteristici, sed „pro usu peculiari" delineatum esse. Forte monstrum tale viderit auctor! Tale vero non delineandum erat.

Quod pertinet ad species a Bory de St. Vincent descriptas satis sit ut dicam, me herbarium ipsius speciminibus optimis insigne examinasse. Quae tunc affert cl. Fries de speciminibus originalibus „*Lichenis Vulcani* Boryi" nullius certe sunt ponderis. Descriptioni Boryanae ceteroquin relegarem, si opus esset, sed hoc inutile, nam typos ipsos vidi.

Declarat denique D. Fries, se nullum cum me „commercium habere velle". Hoc omnino inutile erat, etenim jam mox postquam primas lineas edidi (1852), ubi observationes proprias a schola Friesiana recedentes exposui numquam nec a patre, nec a filio Fries ullas litteras obtinui. Venia detur (coactus enim sum) simul explicare parentem vix meum „praeceptorem in Lichenographia primum" fuisse, nam aegre titulus hic adtribuendus sit specimina quaedam de-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05972-0219-8

terminanti. Nec aliter praeceptor meus fuit cl. Fries, et quales determinationes ejus saepe sunt haud paucis notum est.

„Impetum facere" me adhuc accusat D. Fries, si indicem *Stereocaulon laccatum* Fr. nihil respicere aliud quam *Sphaerophori coralloidis* Pers. frustulum, quod inter *Stereocaula* in herbario Acharii vidit auctor Syst. Orb. Veget. Cur ille offendatur, si alii quoque aliquid edoceant? Tamen erroribus castigandis emolumento scientiae inserviri videtur. Corrigere hic, antequam finem facio, solum errorem liceat, *Lecanact. urceolatam* Fr. Lich. Eur. p. 376. esse ex „Europa australi" quod non recte, est enim stirps americana et res omnino eadem ac Rchb. Lich. exs. 33. h. e. forma *Melaspileae arthonioidis* (Fée) Nyl. Prodr. p. 170.

Litteratur.

Die Eichen Europa's und des Orients. Gesammelt, zum Theil neu entdeckt und mit Hinweisung auf ihre Cultur-Fähigkeit für Mittel-Europa etc. beschrieben von Dr. Theodor Kotschy, Custos-Adjunct am k. k. botanischen Hof-Cabinet. I. und II. Lieferung. Wien und Olmüz. 1858. 1859. Eduard Hölzel's Verlags-Expedition. Jedes Heft mit fünf Steintafeln in Farbendruck und ebensoviel Blättern Text in gr Royal-Folio.

Unstreitig gehören die Eichen zu den schönsten und interessantesten Erscheinungen des Pflanzenreichs, da sie bei einem unverkennbar ausgeprägten eigenthümlichen Typus eine ausserordentliche Mannigfaltigkeit namentlich in der Bildung der Blätter und der Früchte darbieten, dabei über die gemässigte Zone der alten und neuen Welt in eigenthümlichen Formen verbreitet erscheinen und durch mehrfache nutzbare Producte zu dem menschlichen Leben in vielseitige nahe Beziehung treten. Während wir aber Michaux eine treffliche Monographie der nordamerikanischen Eichen verdanken, entbehrten die nicht minder interessanten Formen Europa's und des Orients einer ähnlichen gründlichen Beleuchtung, deren Bedürfniss allmählig sich um so mehr herausstellte, als durch neuere Reisende viele bisher unbekannte Formen entdeckt wurden und gleichzeitig der Wunsch sich geltend machte, die näheren Bedingungen des Wachsthums mancher ausländischen Arten kennen zu lernen, um sie wo möglich auch für die vaterländische Forstcultur zu gewinnen. Herr Dr. Kotschy, der durch seine wiederholten Reisen im Oriente

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05972-0220-9

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1859

Band/Volume: 42

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Adhuc circa Stereocaula quaedam 215-218